



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Margarita Philosophica cu[m] additionibus nouis

**Reisch, Gregor**

**Basilee, 1517**

**VD16 R 1040**

Tertius Rhetorice partes/ cum arte memorandi [et] epistolandi edocet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30660**



# Libri III Tracta. I

## Libri. III. Tractatus. I De Partibus orationis rhetorice.

**A**m deo auspice & gr̄amatices & logices principia non modo succinctum/veruetiā miro fecunditatis ordine explanasti: quib⁹ animi conceptus: non barbaris/ sed latinis potius orationibus exprimeret: earundēq; veritates ac falsitates/ multifarijs ratiocinationibus dilucidare possum argutissime. Attamen in hoc ipso defecere mihi videre video: q̄ nondū eas eo ingenio exponādas pernosco: quorū de quibus sermo est conditio expostulat. Mag. Sane dicis. Hāc hoc alterius negocij: & ad eā liberalem scientiā attinet quā Rhetoricā in principio nostre disceptationis diximus.

### Quid Rhetorica: a quo primo tradita: q̄d rhetor: q̄d rhetoris officium: et quot genera causarum. Capitulum. I Discipulus.

Rhetorica

**Q**uid est Rhetorica? Mag. est benedicendi sciētia in ciuilib⁹ q̄stionibus: ad persuadendū iusta & bona: in rerum p̄sonarūq; negocij causa. Rhetis em̄ grece/latine locutionē sonat. Hec autē scientia & ornate & expedite loqui dat. vñ & a grecis rhetoria/ a nostris autē rhetorica dicta est: hic ῥητορ/ id est rhetor huius scientie gnarus. Disci. Quis igitur rhetor: primus/ aut huius artis inuentor fuit? Mag. hui⁹ certitudinē nōdū accepi. Sed hoc manifestū: ipsam a Demosthene grecoꝝ oratore/ & a Marco Tullio Cicerone latine eloquentie principe miro ingenio exculta: nec ab aliquo vnq; viro docto neglectā: ob innumeros ex ea pullulātes fructus. de cuius laude verba funderet/ altius ingenij/ & tractatū req̄reret maiorem.

Demosthenes.

Cicero

Rhetor

Disci. Pretermittis igitur his: quid rhetor: & q̄d officij eius dilucida. Mag. Rhetor: quē & oratorē dicere possumus: est vir bonus dicendi arte peritus. Officiū eius est de his rebus posse apposite dicere: que in ciuilib⁹ questionibus fm̄ mores & instituta patrie cōprobant. He autē sunt: an turpe aliquid an laudabile/ vtile vel honestū: equum vel iniquū sit. Ex quib⁹ rebus tria causarū genera nascunt. Disci. Que? Mag. Primum Demonstratiū/ per q̄d orator audientē delectationē preponit. Secundū est Iudiciale: in quo orator seuitiā/ aut clementiā iudicis perquirat. Tertij est Deliberatiū: in quo orator spem/ aut reformidationem liberantis pretendit. In quibus & circa q̄ maxime oratorem obseruare oportebit: vt p̄mitte apte: narret aperte: pugnet acriter: colligat fortiter: ornēt excelsē: pronūciat lucide: teneat fixe. Postremo doceat: delectet: atq; afficiat. In his enim oratorij munus expletur. Premissa igitur earum rerum distributione: ad precepta causarum cōmuniā pergamus.

Genera causarum.

### De Oratione demonstratiua et a quibus locis constituenda sit. Ca. II Disci.

Genus demonstratiuum.

**O**ratio igitur demonstratiua a quibus constituit? Mag. Demonstratiouis genus: q̄d ad laudandos claros viros/ & improbos vituperandos suscipitur: & in quo magis q̄ ceteris in virtutū vitorū

## De partibus orationis rhetorice

ve cognitione oratio versatur: consumitur in narratis exponendisq; factis et rebus gestis/bonis aut malis. Ea autē tribus versantur generibus: hoc est externis/animi/et corporis. **Discipuli.** Bona externa que sunt? **Magister.** Sunt gloria: et amicitie: quibus fortune et facultates annumerantur. **Discipuli.** Bona corporis que sunt? **Magister.** Sunt vires: agilitas: valitudo: pulchritudo etc. **Non enim omnino felix est qui specie turpissimus est: et sine prole.** His in oratione constitutis/veniendum est ad bona animi. **Discipuli.** Que sunt? **Magister.** Sunt virtutes morales. ut prudentia: fortitudo: iusticia: temperantia: liberalitas. et cetera. **Item bone artes cum philosophie partibus.** Maxime autem aduertendum circa hec: quoniam teste beato Gregorio. Sepe vitia pro virtutibus se ingerunt: et virtutes se esse mentiuntur. ut audacia pro fortitudine: prodigalitas pro liberalitate: et supstitutio pro religione. De his autem in moralibus latius disserendum. **Non enim omnino negligendum quemadmodum quisque generatus/ quemadmodum educatus/ quemadmodum institutus moratusque fuerit: quibus usus amicitiorum: si quid magnis cum et incredibile accidit/ maxime si illud diuinitus accidere potuerit videri. Tum quod quisque senserit: dixit: gesserit: hec enim ad ea que virtutum preposita sunt genera accommodabuntur. Neque vero mors eorum quorum vita laudabiliter silentio preteriri debet. si modo quid erit animi aduertendum: aut in ipso genere mortis: aut in ipsis rebus que post mortem consequuntur. Et hec iam exposita bona confirmari et confirmari poterunt: si fortune quoque comoda pro affectu mentis in laudem vel ignominiam trahentur.**

### De oratione deliberatiua: et a quibus locis constituenda

#### Ca. III. Discipuli.

**O**rationis deliberatiua quibus absumitur? **Magister.** Genus deliberationis/aut consultationis ad utilitatem tendit: ad quam omnia referri debent in consilio dando. Illa autem primo sunt sua fori et dissuasori notanda: quid fieri possit: et quid necesse sit aut non necesse. Nam si quid effici non potest/ deliberatio tollitur: quoniam vtile sit. Tum autem queritur quid fieri possit: videndum est etiam quod facile possit. Nam per difficulta perinde sepe habenda sunt ac si effici non possint. Et cum de necessitate attendimus: etiam si quid necessarium non videbitur/ videndum tamen erit quod sit illud magnū. Quod enim permagnū est/ pro necessario sepe habetur. Attendendum rursus in consultatione an tuto etiam sit illud aggredi: vis enim volutus/ simulationes nobis animaduertenda sunt: quibus aduersus consilia nostra facile aliquando obuiari potest. Et rursus quia hoc genus ad utilitatem tendit/ que in discernendis bonis malisque versantur. ea distinguenda sunt. **Discipuli.** Quomodo? **Magister.** Nam bonorum/ quedam necessaria sunt. ut vita: libertas: piuges: bona necessaria: parentes. Quedam non necessaria: tamen comoditati coniuncta sunt. ut varia: et non necessaria: copie: clietele. Quedam honestati coniuncta sunt: pro quibus optimus necessaria. quisque contendit. ut gloria/ honor/ nobilitas etc. In his igitur rebus cum bona honestati na sint/ facile intellectu est que eorum contraria. Et ab his persuasionis loca coniuncta et argumenta formanda sunt: Et dissuasoris ab eorum maxime contrariis elicienda. Et quoniam non ad veritatem/ sed etiam ad opiniones eorum qui audiunt accommodanda est oratio: hoc primum intelligamus: hominum esse duo dominum genera. Alterum indoctum et agreste: quod antefert utilitatem honestati. Alius duplex. Alterum expolitum: quod rebus omnibus dignitatem anteponeit: et honestatem utilitati.

# Liber III trac. I

Itaq; huic laus/honor/gloria/fides/iusticia/omnisq; virtus: alteri questus enolumentu/fructus/voluptas laudanda est. Et post hac de efficiendi ratione dicamus: quibus et contra quos: aut quo loco: aut quibus facultatibus armorum/sociorum/pecunie/earumq; rerum que ad rem perficienda pertinent vti possumus perquirendu est. Alterq; autem suorum et dissuasorum: ad augendu exempla habeant aut recetiora/que notiora sunt: aut vetera/que plus auctoritatis habent. Maximeq; in hoc genere pdest: vt possit vtilia et necessaria honestis: vel hec illis anteferre ad comouendos animos. Principia aut in his dicendis generibus breuia esse debent. Et in hoc genere a natura rei auditorisq; persona/aut a re ipsa narrationem trahemus.

## De Oratione iudiciali: et a quibus locis constituenda. Capitu. III Bis.

Genus iudiciale.

Acto:

Reus

**O**ratio iudicialis quibus integratur? Magister. Hoc genus inter omnia difficillimum est: quoniam iuris scientiam et humanarum reru experientia magnitudine sua complectit: contractusq; quos accusator et reus late diffuseq; narrat: confirmant: confutant atq; concludunt/continet. Accusator autem cum seruabit ordinem: vt singula argumenta quasi hasta collata in manu vehementer pponat: concludunt acriter: confirmet tabulis/decretis et testimonijs: et iratum efficiat iudicem. Reo autem omnia seuis facienda. Sumenda enim sunt principia ad beniuolentiam conciliandam: narrationes autem amputande que ledunt. Firmamenta ad fidei posita aut per se diluenda/aut obseruanda: aut digressionibus obuicda: per orationes autem ad misericordiam conferenda. De his autem circa confirmationem et conclusionem diffusius tractabimus. Hunc ad orationis partes pergamus.

Orationis rhetorice partes quinq;

## De Partibus orationis in genere. Ca. V. Bis.

**O**rationis partes que et quot sunt? Magister. Orationis partes quibus supradicte res complectuntur/quinque sunt. Inuentio: Dispositio: Elocutio: Pronunciatio et Memoria. Quarum prime tres arte et preceptione percipiuntur. Postreme due partim a natura contribute partim exercitatione et assiduo vtu comparari possunt.

Inuentio Partes inuentionis.

## De Inuentione et eiusdem partibus. Ca. VI. Bis.

**I**nuentio quid sit? Mag. Est verborum et reru aperta negotijs exercitatio. Et habet has partes: Exordium: narrationem: diuisionem: conformationem: confutationem: conclusionem. De quibus per ordinem differendum: et primo de Exordio.

Exordium

In dubio turpi honesto mixta Inhonesto.

## De Exordio. Capitulu. VII Bis.

**E**xordium quid dicit? Magister. Quo clara vel subrepens beniuolentie captatio sumitur. Primum principio: secundum autem inuentione perficimus. Huius autem diuersitas sum quatuor genera sumit. Aut enim in dubio causa nostra posita est turpi honestoq; mixta: exordiamur ab ea parte que honestate continet. Et in ea principio utemur: quo beniuolentia animi auditoris preparanda est/ ne turpitudinis pressio obesse possit. Aut inhonesto. vt si de funere/religione/pietate et similibus dicenda sit: et in ea laude

## De partibus orationis rhetorice

principiū extollendū apte pcedendū est. In turpi. vt cū res honesta oppu- In turpi  
gnatur: aut turpis defendit: in ea insinuatione vtenuur. Aut in humili. vt si In humili  
de aliqua vili causa agit / et in ea quā res parua agit / attentū auditorē requi-  
rimus: amplificādo exordiiū exemplis similiū causarū. Disci. Unde autē be-  
nivolentia captāda est? Mag. a persona nostra: auditoris: vel aduersarij: Benivolentia  
et a re ipsa. vt si rem digna laude psequimur et merita: dignitates / aut vir- captatur  
tutis genera / persone iudicis / aut nostre cōmemoramus. Horū autē cōtraria Redditur  
in aduersariū retorquemus. Et autē attēte audiamur / a rebus ipsis ordien- auditor  
dum est: vt quales et quāte sint de quibus nobis sermo est / ostendamus. In attentus  
hoc etiā auditores dociles reddimus. Hec autē moderāda sunt / vt nec assen- docilis  
tatores nec iactatores videamur. Assentatores quōdē: si supramodū auditorū Assentator  
laudes sequimur. Iactatores autē: si minus modeste vel nos / vel rem dicen- Iactator  
dam laudabimus. Omnino etiā cauendum est: ne verbis prolirioribus aut Cantela  
maximo sententiarū apparatu in exordio vtamur. Hec em oratorē callidū  
ostentat: et fidē minuūt. Attamē nōnunquā exordijs abstinemus: vt cū adeo  
honestā est causa vt exordio nō sit opus. vt cū de religione dicēdum est. aut  
eum agitur apud aliquos in causa / in qua sepius dictum est. Attentio tamē  
et benivolentia auditoris comparanda est.

### De narratione et diuisione. Ca. VIII. Mag.

**N**arratio narrationē subiicimus: qua breuiter / aperte / et verisimili- Narratio  
ter causa exponit. Breuiter quidē: ne frustra tempus terat. Aperte: ne auditoris animus incertus ab audiendo distrahatur. Verisimilit  
autē: vt fidem faciat. Primum tunc seruabimus: si a necessarijs incipim: sum-  
matim dicimus: et transitionibus supledem. Secundū: si gestū vt gestū expo-  
nimus: ordinē seruamus: et breuitatē sequimur. Tertium aūt: si in narrando  
opinionē / mores / et naturā aduertimus. Et hec quidē per verba ppria: non  
sordida: nec nimis exquisita: sed pura et familiaria: non sepius repetita / aut  
diffusa narrāda sunt. Narratione pmissa statim sequit partitio siue diuisio: Diuisio  
que conuenientius tribus distaxat partib<sup>9</sup> absumit. ne si in plures / audito-  
res tedio afficiat: aut si in pauciores / eorū mentes confundat.

### De Confirmatione: confutatione: et consti- tutione. Capitulum IX. Magister.

**H**ic confirmationē et confutationē subiicere necesse est: vt singule  
partitionis nostre partes ppria roborent cōfirmatione: et aduersa-  
riorū infirmenē cōfutatione. Confirmabimus autē narrationes no- Cōfirmatio.  
stras: et aduersariorū cōfutabimus / pur constitutio cause exposcit. Aut em  
coniectura / aut iure / aut legibus causam pbamus vel defendimus: aut con-  
futabimus. Unde constitutionū quedā cōiecturalis: quedā iurisdicialis: q-  
dam vero legalis dicit. Disci. Coniecturalis quibus partibus absumitur. Cōstitutio  
Mag. Signo: argumēto: probabilis: consecutione: collatione: et approbati- cōiecturalis  
one. Signo quidē pbamus quod a loco / tpe / spacio / spe pficiendi et spe ce-  
landi accipimus. Argumento cū tpa cōsideram: pteritū. s. pps et futurum. Argumentū  
Probabilis: quōd a causa / vita / natione / patria / etate / educatione et studio sumi  
tur. Consecutione: que in signis nocentis et innocētis inquiri. hec sunt pal- Probabile.  
lor / rubor / tremor et inconstantia. Collatione: cum soli potuisse facere pba-  
Collatio

**Approbatio** binus: et rationes alias fugisse. Approbatione autem in testium / questionum /  
rumorum et argumentorum adductione. Hec omnia infirmant: si demonstramus nullam rem esse que suspicionibus criminari non possit: et rumores facti  
**Testibus** le vulgus cōfingere et cōminisci solitum. Testibus aut turpitudinem / que-  
**stionibus** stum / metum / fauorem / spem / similitateq obiciemus. Questionibus autē  
nullam fidem debere dicemus / q̄ credibilia: nō dixerit / et ingenij cōmenticia  
constanter non pronūciauerit: neq̄ tormentis fidem adhibendum dicemus.  
Et q̄ ideo torus dixerit / q̄ finem doloribus faceret. **Disci.** Juridicialis  
**Constitutio** constitutio quibus partibus absoluit? **Mag.** Duobus. Absoluta et assum-  
turidicialis. prius. vt Juridicialiter et absolute defendimus vel accusamus: cum causam  
**Absoluta** nostram pbamus natura / lege / consuetudine / pacto / equo et bono. Sed iuris  
**Assumpta** dicialiter et assumptiue causam nostram tutabimur / cum per externū aliq̄  
et q̄d cause nostre alienum est nos defendimus. Et fit aut per translationem /  
**Concessio** comparationē: concessionem / et remotionem criminis. Per concessionē qui-  
**Purgatio** dem / cum purgatione vel deprecatione nobis ignosci postulamus. Unde pur-  
gatio necessitate fortuna vel imprudentia haud consulto factum esse argu-  
**Deprecatio.** it. Deprecatio vero licet consulto factum constat: pro pristinis tamē benefi-  
**Cōparatio** cius virtute aut nobilitate sibi ignosci postulat. **Disci.** Quomodo cōparati-  
one? **Mag.** Querendo / vtrū satius fuerit agere id quod reus fecisse dice-  
facilius / aut conduciabilius: an sibi illius rei vindicandi potestas fuerit? et  
**Remotio** an iudicare debuerint? **Disci.** Quomodo remotione? **Mag.** Querendo:  
is ne in quem causa confertur: quantum ipse reus demonstrari potuerit? Hec  
**Translatio** autem fit in cōsideratione hominis et rerū. **Discipulus.** Quomodo trans-  
**Confutatio** tione? **Mag.** In aduersarium crimen obiectum transferendo. Confutabi-  
mus autem dicta: cum nec fortuna / nec necessitate factum aliquid demonstra-  
mus. Qui autem animi motu se fugisse dicent: animi vitio / non imprudentia  
**Constitutio** deliquisse dicentur. **Discipulus.** Constitutio legalis quibus partibus  
**legalis** absumitur? **Mag.** Constitutio legalis qua ex legum interpretatione de-  
fendimus et accusamus / sex partibus complet. Aut enim contrarijs legib⁹  
contendimus: dum nostra extollimus / et aduersa reprobamus: Hec fit cum  
vna lex vetat / et altera iubet. Aut scripto et voce: dum scriptoris mens  
cum scripto dissidet. Ambiguo: cum nostra iusta et aduersa iniusta ostende-  
mus. Ratiocinatione: cum propria lex non reperitur et simili utemur. Cum  
eī de eadē re nihil scriptū est / rōne pronūciandum ducimus. Definitione  
aut: vt si factū / furtū an sacrilegiū rē. appellandū sit: et ita pro nobis / et con-  
tra aduersarios definitiones demonstramus.

**De Argumentatione. Capi. X Mag.**

**Probabile** **A** circa confirmationes nostras argumentis utimur. **Disci.** An  
**Argumentū** sumitur argumentum? **Mag.** A signo probabili: et necessario.  
**a signo pro-** **Discipu.** Probabile q̄d dicit? **Mag.** Ad fere fieri solē: aut in  
**babili.** opinione multorum est: aut quod habet similitudinem quandā veri et falsi.  
**Similitudo** **Similitudo** autem contrarijs: et a paribus maxime spectatur. Contrarijs.  
**a cōtrarijs** vt non conuenit ignosci his qui prudenter nos ledunt: sicut non habere gra-  
**Ex paribus** tiam his qui necessario nobis p̄sunt. Ex paribus. vt ita homo est indoctus  
**Signū cre** vt equus indomitus: nam hic non habens / nec ille rationi obtēperare vult.  
**ditile.** **Omne** autem signum probabile / credibile: aut cōparabile. **Credibile** est q̄d

## De partibus orationis rhetorice

sola opinione auditoris comprobatur. ut nemo est qui non liberos suos incolumes esse velit. Et fit triplici iudicato: scz religioso: comuni et approbato. Religiosum autem dico qd iurati legibus iudicant. Comune qd omnes sequuntur et probant. ut maioribus assurgendum esse. Approbatu: qd Comune cum dubium esset et quale habere oporteret homines sua constituerunt auctoritate. Disci. Comparabile qd est? Mag. Quod rebus diuersis simili: Signu com- lem aliquam rationem imagine/collatione/vel exemplo continet. Imago au- parabile rem corporum/aut naturarum similitudinem demonstrat. Collatio rem cu Imago rei similitudine confert. Exemplum vero rem auctoritate: aut casu alicuius Collatio hominis vel negocij firmat vel infirmat. Discipulus. Argumentum a ne Exemplum cessario quomodo sumit. Magister. Per complexiōem: enumerationē: Argumentu et conclusionem. Est autem complexio: in qua vtrū concesseris/ semp aliud a necessario reprehenditur. ut si improbus est/cur vteris? si probus: cur accusas? Enu- Complexio meratio est in qua pluribus expositis/et ceteris infirmatis: vna relinquitur Enumeratio qua necessario confirmatur. Conclusio autem ex necessaria consecutione co Conclusio fitur. ut vos hoc me fecisse dicitis: ego tunc trans mare fui. relinquitur ergo: ut non modo non fecerim/ sed nec idem facere potuerim. Ex his itaq; locis et similibus omnis argumentatio per ratiocinationem elicienda est.

Disci. Quid est ratiocinatio? Magi. Est oratio ex ipsa re aliquid probabile eliciens. Eam quinquaginta inuenies. scz: Expositione: expositionis conclusionem: rationem: rationis confirmationem: exornationem: et complexione.

Disci. Expositio/ id est propositio (quam maiorem dicimus) quid est? Expositio Mag. est oratio qua summam ostendimus qd summam probare volumus: Maior rimus. Disci. Exornatio quid est? Mag. Est oratio qua vrimur rei honestate vel locupletante causa. In ea summopere cauendum est: ne qd ab Exornatio aliquo fit/ ab omnibus fieri dicamus: aut quod raro fit/ nunq; fieri ostendamus. Discipulus. Ratio (que minor dicitur) quid est? Magister. Est Minor causa que demonstrat verum esse quod intendimus. Rationis autem confirmatio est que multis argumentis corroborat breuiter expositam rationem. Rationis verum si expositio per spicua est: ratione et rationis comprobatione superferemus. ut si summopere sapientia appetenda est: maxime stulticia vitanda confirmatio est. Disci. Complexio (que conclusio dicitur) quid est? Magister. Que Complexio breuiter concludit ex dictis ita sentiendum ut propositam est. Sunt autem hee co Conclusio clusiones non totius orationis/ sed partiu ei. scz. et aut exordij narrationis: argumentationis: conclusionis et epilogi.

### De Conclusionem. Ca. XI Mag.

Inguis itaq; ad orationem requisitis/ conclusionem terminanda est Conclusio oratio. Conclusio enim exitus et determinatio totius orationis est: et complexu breuiter rationes per totam orationem tractatas: similiter id qd ab oratore querit: et ex premissis rationibus inferitur. Hec autem aut amplificatione/ aut enumeratione/ aut conuestione perficitur. Discipu. Quando amplificatione concludimus? Magister. Cum per corroboratio Amplificatio nem auditoris animum ad indignationem concitamus. Quod quidem tre. ne concludimus ab auctoritate sumitur: Cum ostendimus quante cure ea res dijs immortali- bus fuerit: aut ex fortibus/ oraculis/ vaticinijs/ rursis/ ostentis/ prodigijs etc.

## Liber III trac. I

Aut maioribus nostris / sapientissimis: senatus: et maxime quod de his rebus in lege sanctum est. Secundus ad quos pertinet: que bona attingit commemorat. Tertius: si omnibus idem concedat: multos eiusdem audacie futuros exemplo aperiat. Quartus demonstrat: si huic remissum sit / multos alacriores ad maleficia futuros quos expectatio iudicii remorat. Quintus ceteras res commisso etiam ubi acciderint corrigi posse: hoc nisi provideat ne accidat frustra auxilia implorari ostendit. Sextus: voluntario facinorosi haud veniam contribuendam / imprudentie vero nonnunquam concedendam commemorat. Septimus: maleficium rerum crudele / tyrannicum: vi et manu gestum: ab equo et iure alienum ostendit. Octavus: non vulgare esse maleficium / sed singulare / inhumanissimum: a barbaris et bestiis remotissimum: perpetratum in amicos / maiores natu / mortuos. Item in eos qui negotium alienum ledere / neque se defendere potuerunt manifestat. Nonus: comparatione hoc atrocius demonstrat. Decimus: que ante rem et in negotio acta sunt: queque consequi soleant / acriter et criminose exponit. Undecimus: iniurie contumeliam cuncta ostendit. Duodecimus est: quo auditores ut iniurias ad res nostras referant oramus. Tredecimus est: quo ea que nobis acciderint / etiam inimicis nostris indigna videri. *Disci.* Hec per pulchra simul atque lucida videntur. Sed quando enumeratione concludimus dicimus. Magi. cum in ordine colligimus quibus de rebus verba fecerimus / a confirmatione initium sumentes. Sit autem ut artificij suspicionem / redium et facietatem effugeret: et memoriam reficere videamur. *Disci.* Conquestione autem quomodo in conclusione utemur? *Ma.* Cum auditoris animum ad misericordiam movemus. Hoc autem multipliciter fieri potest. Primo: si quibus in bonis fuerimus / et quibus in malis nunc sumus ostendimus. Secundo: que nobis incommoda futura sint / nisi causam obtinuerimus enumeramus. Tertio: captivum unumquodque deploramus in communi. Quarto: propter spem in miseris nos demonstrabimus esse. Quinto: propter merita nos in luctus positos aperiemus. Sexto: nos sub eorum potestate quorum misericordiam captabimus subijciemus. Septimo: inopia / infirmitas / et solitudo demonstrat. Octavo: nos parentum solitudine / aut reipublice causa: non nostra calamitate dolere dicimus. Nono: liberorum aut parentum / aut sepeliendi corporis sui sit commendatio. Decimo: disfunctio eius cum quo liberrime vixerimus / deplorat. Undecimo: quod ab his quibus minime convenit male tractamur / edocemus. Duodecimo: misericordiam nostram qua in alios usus sumus ostendemus. Tredecimo: contra fatum et nos diu in malis fuisse conquerimur. Decimoquarto: animum nostrum forte et patientem ad incommodum futurum ostendemus. Commiserationem autem brevem esse necesse est. *Mihil enim lacrymis citius arefcit.*

### De dispositione. Ca. XII. Magi.

**R**ebus itaque ad orationem pertinentibus ut permittitur inventis / eas rite collocare opere prece est. Hoc autem secunda parte orationis quam dispositionem diximus complectitur. *Disci.* Dispositio igitur est orationis secunda pars que inventa in certa loca digerit atque locat. *Magi.* Sane definit. ea autem duplex est. altera enim ab arte perficitur: altera autem ad tempus accommodatur. Et que ab arte perfecta est / partium orationis et argumentationis ordinem servat lege exordij: et singula queque membra ex preceptione collocat. Que ad tempus. Non ad tempus accommodata est: a narratione / vel firma aliqua argumentatione

## De partibus orationis theorice

principiū orationis constituit. Nō si causa nostra magnā videt habere difficultatē/vt nemo equo animo principiū audire possit: a narratiōe incipiendū est. Si vero narratio parū pbabilis est: ab aliqua firma argumētatione exordiamur: nōnunquā vero a litterarū aliquarū recitatiōe incipiemus. His autē cōmūtatōibus vti non oportet/ nisi causa aut res postulet.

### De Elocutione. Ca. XIII Magi.

**N**ectenus inuentionis et dispositionis partes tractauimus: nunc orationis principiorum exposcitur ut reliquas orationis partes percurramus: quarum prima Elocutio est. **Disci.** Quid est Elocutio? **Magister.** Elocutio tertia orationis pars est: que inuēta atque disposita venuste exornat. Huius triplex est forma: scilicet **Sublimis** et **Mediocris** et **Attenuata**. Sublimisque pro materie et personarum qualitate complectitur verba rara: et sententias auctoritatibus inuicem: graui etiā et magna constructione vtitur. **Mediocris** autē humiliora: non tamen infima inserit. **Attenuata** vero vsque ad purum atque quotidianum sermonem descendit/ornatum tamen non autē exquisitum habet: et sententias eruditae/non tamen raras. Vt in his proxima visitanda sunt. **Hec** autem fugere poterimus: si ad orationis elegantiam/compositionem/atque dignitatem respexerimus.

### De Elegantia. Ca. XIII Disci.

**E**legantiam quā dicis? **Magi.** Eam que vniuersumque pure et latine refert. **Hec** in latinitatem et explanationē distributa est. **Latinitas** autem sermone/prolatione et scriptura puram et congruam seruat structuram. **Barbarismus** et **solecismus** vitat. **Est** autem **solecismus** cum verbum sequens superior non accommodatur. **Barbarismus** vero cum verba vitiose proferuntur. **Discipulus.** **Explanationē** quā intelligis? **Magister.** **Verba** vstitatis et propriae apertam et dilucidā reddit orationē. **Sunt** autem verba vstitata (ne erres) ea que quotidiana et trita doctoris consuetudine noscuntur. **Propria** vero ea sunt que illius rei verba sunt/aut esse possunt de qua loquimur.

### De compositione litterarum syllabarum et dictionum. Cap. XV Discipulus

**Q**uid est orationis compositio? **Magister.** Est lepida dictionum complexio: que hiato et traiectione partes elocutionis equaliter distinctas ordine et iunctura politas facit. **Hanc** seruamus: si in cunctis severitatem concinnitatemque tenemus. **Quod** quidem facile fieri potest: si litteras/syllabas/dictiones et orationes considerabimus. **Litteras** inquit: si dictionem alteram a vocali incipientem in qua precedens terminata est vitabimus. **Etiā** et sonora si multotiens repetita/dissona est. **Syllabas**: si similibus concurrentibus a se incipientibus aut terminatis: aut altera ab ea in qua prior terminata fuerit originem trahente/nō vtimur. **Similiter** vitio datur breues syllabas continuare et plures: similiter et longas. **Dictiones** autē cum similiter concurrentes et sibi obuiantes vitamus: et suauibus/sonorosis/electis/apertis/commodis/proprijs/concinnis: non nimis prolixis/suspensis: sed splendidibus et significatiuis: que legentium/audientium ve aures atque animos mulcere possint vtimur.

Liber III Tracta. I  
De cōpositiōe p̄tū oratiōis. Ca. XVI. Ad a.

Cōpositiōis  
p̄tū oratiōis  
p̄cepta. xxx.

**L** orationū vero cōpositiōe plura consideranda erunt preceptaque ab oratoribus summo studio obseruata dinoscunt. Et quibus (quā multa sunt) pauca hic pandā. Et sit hoc primū. Appositū in principio / suppositū in medio / et verbū in fine ornatissime ponit: vt Carthaginē Scipio africanus delectit. Secundū: P̄positiōes p̄pulchre inter adiectiū et substantiū interijciunt. Similiter relatiū cū suo verbo p̄ modū parenthēsis: vt ornatissimo in loco laudanda est (que a paucis colit) parsimonia. Tertium: Similiter genitiuus ornate interponit: vt Constantes militū animi. Quartū: Adiectiū venuste p̄cedit substantiū: vt optima virtus: et obliquus suū rectorē: vt locorū loquitas. Item a substantiū nō nimīū elongetur. Quintū. Negatiua dictio apte in calce orationis ponit vt prestantiorē te videri neminē. Sextū: Ornatissime p̄ gerundijs / gerundijs vtinur noibus: vt gerēdā bellorū grā veni: et nō gerēdi grā belli veni. Septimū: P̄positiō p̄lepide positiuo addit: si exaugere velimus noia: vt per beati p̄pulchra. Sic suplatiū multo / facile longe et q̄ aduerbia p̄ponimus: vt longe doctissimus egit q̄ maximas gratias q̄ etiā positiuis: vt q̄ docti: similiter per q̄: vt per q̄ doctus es. Sic et cōparatiuis multo et longe ornate p̄ponunt: vt longe doctior multo sapientiō. Multū / paucū / modicū / paululū / tantū / quātū / positiuo adijcēda sunt: vt multū doctus: nō aut multo doctus. Octauū. Cū duo pariter se habuerint: vt rōtum dictionē / aut et coniunctiōe p̄ponimus: petrus tū doctrina tū virtute clarus est: vel petrus et doctrina et virtute clarus est. Si duo se nō equaliter / sed vnū minus aliud maius sit: min⁹ in p̄mo loco ponim⁹ et ei cū / p̄ponimus: maius vero posterius locandū et ei tū / dictio p̄ponēda est: vt amo petrū cū ob doctrinā eius tū ob virtutē. Nonū: Ornate adiectiū in substantiū neutri generis: et substantiū in genū mutat: vt Multū laudis. i. multa laus: sic et hec aduerbia locamus: vt parū laudis. i. pauca laus: satis viriū. i. sufficientes vires. Decimū. Ultima supina ornate p̄ gerundijs acti casus ponunt: vt difficile creditū. i. ad credendū. Undecimū: Lepide aduerbiū suplatiui gradus positiuo addit atq; eundē suplatiue teneri facit: vt maxime memorabile facimus. i. memoratissimū facim⁹. Sic ad modū et in primis positiuis adijcēta vim ferme eandē retinet: vt admodū memorabile facinus in p̄mis rarū genus hominū et. Duodecimū: Cōparatiuis pulchre p̄ positiuo ponit: vt iōnes in me inuehit̄ vehemētius. i. vehemētē. Multi etiā comparatiui aut suplatiui orationi splendorē affert: vt neq; studiosiorē operam / neq; vigilantiorē curā in alio facile inuenies et. Tredecimū: Subiunctiuis p̄ indicatiuo nō inornate ponit: vt velim p̄ volo. Decimūquartū. Nec dictio p̄ splēdide positiuis addit: vt per q̄ doctus p̄bus. Decimūquintū. Frequētiua verba p̄ primatiuis nō in cōueniētē poni solent: vt cōiecto p̄ consilio. Sextūdecimū: dictio aduerlatiua q̄ q̄ indicatiuo iūcta orōnē multū exornat: vt q̄ q̄ te ante hac diligebā / nunc tū ob singularē virtutem vehemētē admīror. Decimūseptimū. Non solum non modo / apte locatur: si verū etiam / sed etiā verum quoq; sequantur: vt non modo doctus es: verum etiam honestus. Similiter tam et q̄ sibi respondent: vt tam chara mihi patria est q̄ tibi vita iocunda. Decimūoctauū: Oratio infinitiua perornate pro indicatiua vel etiā subiunctiua ponitur: vt volo te ad me scribere: id est volo vt ad me scribas.

## De partibus orationis rhetorice

scio te legere: et non: scio q tu leges. Nam q et vt orationem incultam reddunt. Futurum infinitiui verbi passiu ornate ponitur pro presenti eiusdem: vt lectum iri pro legi. Decimum nonum: Propositio que nomini adiungitur pulchrius verbo additur: vt a deo te: ornatus dicitur: q eo ad te. Vigesimali: Perinde/ornatissime postulat post se ac vel atq: vel acsi: et valet totum idē qd tanq: vt Therea perinde ac foret eunuchus. Lamillus perinde atq omnum sapientissimus. Sic et tantisper ornate dum/post se recipit. vt tantisper meum dici te volo dum quod te dignum est/facias. Similiter atq: pro q lepide ponitur. vt aliter feci atq tu intelligis. Vigesimali primū: Peruenistam orationem reddit si inter/gerundijs accusatiui casus preponatur et verbum indicatiui imperfecti temporis sequatur. vt inter cenandum loquebar hec. Et gerundia in do/cum vel sine prepositione ornate ponuntur. vt in audiendo promptus: consulendo peritus. Vigesimali secundum. Non illepide negatio postiuo adiungitur ad contrarij postiuo significationem designandam: vt haud improbus: id est probus. Vigesimali tertium. Ablatiui absoluti peruenistam reddunt orationem: maxime dum tempus significare voluerimus: vt Octauiano regnante pax fuit. Scipione consule pent deitici sunt zc. Vigesimali quartum. Pronomina possessiua ornate sequuntur genitiui. vt mea causa fit et aliorum. Vigesimali quintum. Ornatissime imperatiuis subiunctiua verba iunguntur. vt Cura vt vir sis. Labora/ vt excellas. Vigesimali sextum. Dum patriam/aut genus alicuius designare placuerit/nomen gentile: aut patriū effingimus: vt Atheniensis sum: et non de Athenis. Grecus sum: non de grecia. Vigesimali septimum perueniste dictio eadem repetitur. vt etiam atq: etiam: iterum atq: iterum zc. Vigesimali octauum. Dictio negatiua ornatissime in fine ponitur: similiter superlatiuus. vt doctiorem te vidi neminem. de superlatiuo. vt ceterorum te iudico prudentissimum. Vigesimali nonum. Perueniste participia accusatiui et ablatiui casus loco infinitiuorum suorum ponuntur. vt inuentum tibi curabo/et adductum pamphilum. Prius q incipias consulto zc. Item infinitiuus pro preterito imperfecto ponitur reperitur. vt mordere pro mordebam. Trigesimali. Prepositio postponitur suo casui. vt vestro ob ouili. preponitur etiam genitiui. vt de Ciceronis eloquentia. Item. Is ea id semper antecedere debent. vt is quem admiro: doctus est zc. Nec et plura alia sunt compositionis pcepta: que singula prosequi/longiorem requirerent tractatum. Hec in presenti sufficiant. Ad dignitate stilum vertamus.

### De Dignitate orationis et verborum exornationibus

#### Capitulum XVII Disci.

**Q**uid dicis orationis dignitatem? Magister. Illud quod orationem ornata / et verborum et sententiarum decore distincta reddit. Primum itaq libeat de verborum exornationibus differere. quarum prima que in verbi iteratione consistit / ea in octo partes distributa est. Prima est repetitio: que verbum in principio positum iterat. vt quis belenam rapuit? Quis igne ferroq Troiam delevit? Alexander

Dignitas  
Orationis  
Verbu iterat  
octupliciter.  
Repetitio

## Liber III Trac. I

**Conuersio** profecto qui paris dicitur. Secunda Conuersio. que verbū in fine locatū reperit: vt Italiam hannibal arinis vicit: ingento vicit: dolo vicit. Tertia **Completio** que principio & fine verbum iterat: vt quis Carthaginē deleuit: populus romanus. Quis Humantia euerit: populus romanus &c. Quarta **traductio** que eandem dictionem vage collocat: vt qui nihil habet in vita locū dms vitas cum virtute vitā non potest ducere. Quinta **conduplicatio** que est vnus/aut plurimū intentio cum ratione amplificationis: vt virtutē. Scipionis/virtutem & huius vrbis gloriam cōmemorat. Sexta **cōmutatio**: vt cū due diuerse sententie ita efferuntur/vt a priori posterior cōtraria prior proficiat: vt esse oportet vt vinas: nō vivere vt edas. Septima: que nō ante ad cōsequēs verbū descendit q̄ ad superius reuer sum est: vt si hostibus quos libet licet: & qd licet possunt: & qd possunt audent: & qd audent faciunt: nihil laudis & glorie nostris cuius relictum est. Octava **Subiectio**: vt cum quid aduersum nos/aduersariosq; nostros dici potest querimus: & qd dici oportet sic subiicimus: vt cum ne tu hominē esse putas: qui si homo esset nunq̄ sic hominis vitam infectaretur.

**De alijs verborum in exornationibus quibus non eadem verba sed verborum vis efferatur. Capitulum XVIII Magister.**

**Agnomiatio.** **D**eter dictas alie sunt verborum exornationes: quibus non verba sed verborum vis efferatur: & verbum pro verbo ponitur. Disci. Que sunt? Magister. Septem sunt. Quaru prima **Agnomiatio** dicit: que dissimilib' verbis similia verba accommodat: vt diligere oportet que velis diligere. Secunda **Interpretatio**: que iterat: sed nō verbum reintegrat: vt Venia radicitus deiecit: muros solo equauit: parietes huius vrbis funditus enertit. Tertia **Nominatio**: que minus idoneo verbo noiat/id cui nominis nō recordat: vt mugire: hinnire: vagire. Quarto **Prominatio**: que cognomine quodā extraneo dicit qd suo nomine appellare nō licet: vt si quis græcos aphricani nepotes nominet. Quinta **Denominatio**. que a rebus p̄pinquis & finitimis trahit orationis originē/qua potest intelligi res nō suo nomine appellata: vt pro libero vinū: pro cerere frugem. Sexta **Abusio**: que pro certo & p̄pinquo simili vitur: vt pro orare obsecrare supplicare. Septima **Translatio**: cum verbum transfertur ad rem ex alia re: qd similitudine recte videbit posse fieri: vt vrbē subito extinxit: quotidianis nuptijs delectat.

**De exornationibus verborum simplicioribus. Capitulum XIX Magister.**

**Articulus.** **S**unt preterea alie verborū exornationes magis simplices & sine sententiarum admixtione. Disci. Et has enumera. Magi. Prima **Articulus** est: qui singula verba cesa oratione distinguit: vt Armis cruore/cadaveribus/& luctu omnia complentur. Secunda. **Similiter cadens** que similibus casibus orationē dissimiliū interpositione exornat: vt virtutē fugiter explorantē: & assiduis curis extollentē laudas. Tertia: **Similiter desinens** que verborū exitus similes dissimili medio habet: vt viuis gloriose: de liq̄uals ambitiose. Quarta **Correctio**: que tollit qd dictū: s̄: & pro eo qd ma-

## De partibus orationis theorice

gis idoneum videtur reponit: vt nisi hec fecisset: immo excogitasset: nullam  
 suspensionem incidisset. **Quinta: Distinctio:** que diuersa diuerso verbo conclu- **Distinctio**  
 dit: vt populus romanus numantiam deleuit: carthaginem euertit: corinthum **Coniunctio**  
 disiecit. **Sexta: Coniunctio:** que interpositione verbi superiores partes com- **Coniunctio**  
 plectitur et inferiores: vt forme dignitas et morbo deflorescit: et vetustate. **Adiunctio**  
**Septima: Adiunctio** que aut principio: aut fine verbum collocat: vt deflores **Adiunctio**  
 scit forme dignitas: aut morbo: aut vetustate. **Octaua: Dissolutio** que coniu- **Dissolutio**  
 ctionibus verborum e medio sublati/ separatis partibus esertur: vt clamo- **Dissolutio**  
 ribus/ yulatus: edes resonabant. **Nona: Circūscriptio** que rem simplicem as- **Circūscriptio**  
 sumpta circūscribit elocutione: vt Scipionis virtus carthaginis opes per- **Circūscriptio**  
 fregit. **Decima: Transgressio** que verbo ordinem perturbat: vt instabilis in **Transgressio**  
 istis plurimam fortuna valuit: et fecisse tuum meo pro animo. **Undecima: Su- **Transgressio****  
 perlatio que agendi minuendiue causa superat veritatem: vt Sermo melle **Suplatio**  
 dulcior. **Duodecima: Intellectio** cum res tota de parua parte/ aut de toto pars **Intellectio**  
 cognoscit: vt Num ille te tibi nuptiales a scelere arcebant? et ostentas mihi **Intellectio**  
 diuitias tuas: cum anulum tuum ostentas. **Tredecima: Permutatio** que aliud **Permutatio**  
 verbis/ aliud sententia demonstrat: vt lupus est in fabula.

### De reliquis verborum exornationibus sen- tentijs admixtis. Ca. XX. Discti.

**S**unt ne alie verborum exornationes? Magister. Sunt. **Discti.** **Ratiocinatio**  
**Que?** Magi. Prima est Ratiocinatio: cum ipsi a nobis rationem **Ratiocinatio**  
 exposcimus: vt in re militari et medica itidē res se habet. **Quo enim**  
 dux et medicus antiquior/ eo melior creditur: vsu enim et consuetudine qui vi- **Sententia**  
 etoriam et salutem parere consueuerunt/ optime norunt. **Secunda: Sententia** **Sententia**  
 que quid sit vel esse oporteat in vita expositione sola/ vel ratione et probatio- **Contrarium**  
 ne ostendit: vt domat omnia virtus. **Tertia: Contrarium** que alterum ex cō- **Contrarium**  
 trarijs facile confirmat: vt qui non suis hostibus quomodo alienis consulet? **Membrium**  
**Quarta: Membrium** qua res breuiter absoluitur/ sine sententia profectione: **Membrium**  
 dum alio membro orationis excipitur. vt Tuis dolor/ alienis ludibrio/ tibi **Complexio**  
 ipsi dedecori eras. **Quinta: Complexio** que perodus et continuatio appella- **Complexio**  
 tur: et hec sententia contrario/ et conclusioni tuum conuenit. **Sexta: Compar**  
**Sexta: Compar** que membra habet pari saltem quātitate syllabarū: vt Budacia Alexandro glo- **Exclamatio**  
 riam comparauit. **Sapientia** Platoni laudem vendicauit. **Septima Excla-** **Exclamatio**  
**matio** que rerum atq; personarum commemorationem faciens in signifi- **Contentio**  
 cationem doloris proumpit: vt si parietes nostri loqui possent vel reddere **Contentio**  
 viuas voces: patres nostros intueremur: dicerent vrbem preclaram nos op- **Occupatio**  
 pressam et subiectam reddidisse. **Octaua: Contentio** que contrarijs senten- **Contentio**  
 tijs orationem conficit: vt Virtus et literarum studia difficiles aditus/ exi- **Occupatio**  
 tus vero facillimos afferunt. **Nona: Occupatio** cum dicimus nos pretere- **Occupatio**  
 ire aut non scire id quod maxime dicimus. Et hac quidem vtemur: cum res pla- **Permissio**  
 na fieri non potest: vel ad nos non pertinet: vel dum longam rem effu- **Permissio**  
 gere volumus: vt Non dicam te vrbis nostre hostem: omnes bonos insecta- **Permissio**  
 ri: et quod ad te non attinet preterebo/ templum te religionis et vrbis huius **Permissio**  
 caput euertisse. **Decima: Permissio** que est cum dicendo aliquam rem toti **Permissio**  
 alienius voluntati condonare videmur: vt Cum preter animam nihil mihi

# Liber III Tracta. I

**Dubitatio** relictum sit: vos ea uti libet ut animi. Undecima: Dubitatio: cum querere vobis datur orator quid potius aut potissimum dicat: ut *Quæ te moribus tuis appellem/nescio.* Duodecima **Definitio**: que proprias alicuius complectitur potestates: ut ita est mor<sup>o</sup> animi ad exercenda peccata. **Tredesima. Trāstitio** que cum breviter ostendit quid dictum sit: paucis etiam quod sequitur demōstrat. ut *Deam in Cæsarem fidem cognoscitis: nunc eius in me perfidiam accipite.* Decimaquarta. **Expeditio**: que rationibus pluribus enumeratis quibus aliq̄ res fieri vel non fieri potuerit/cetera tolluntur et vna relinquuntur. ut *Sic nec ab vxore/que amore et pietate prepedita erat: nec a nepote/ qui in bello interfectus: domi a crudelissimo liberti mors illata est.* Decimaquinta: cu scz dictis aliquib<sup>o</sup>/quod conceptum est in animo audientium relinquunt. ut tū hec audes dicere: que nuper aliene domui non ausim dicere. Et tantum de verborum exornationibus. Ad sententiarum colores nos conuertam<sup>o</sup>.

## De Sententiārum colorib<sup>o</sup>. Ca. XXI. Bis.

**Distributio** **Q**ui aut sunt sententiārum colores? Magi. multi. Primus est distributio: cum res et persone et negotia certa dispernantur. ut quibus rei publice honor cure est: premia virtuti penas sceleribus propendite. Secundus **Licentia**: cum apud eos quos vereri debemus aliquid audas cuius proferimus. ut *Quod omnibus ludibrio estis: nō ab re censeo equissimū patres. ceterū ne quē tum offendamus statim subiungimus: Hic sapientiam vestram inquirō.* Tertius **Diminutio**: cum aliquid inesse nobis nature fortune vel industrie ratione leuamus. ut *Cū summa vigilantia fortune cōmoda animiq; bona a parentibus mihi et natura condonata/ consequi et tueri studuerim: mediocriter ex his ne nimium dixerim/ cōsecutus sum.* Quartus **Descriptio** que rerū consequentium perspicua et lucida cū gravitate continet expositionē ut in istum iudices captis reum damnabitis: ut fera truce sententia vos ciues ut timeo vastabit: quare iudices salutem omnium et honori nro consulte. Quintus est **Diuisio**: q̄ rem semouens ab re vtrāq; absoluit subiecta ratione. ut *Due sunt tres que possunt homines ad turpe cōpendium cōmone re: inopia aut auaricia. Te auarū in fraterna diuisione cognoram<sup>o</sup>: inopem atq; egenē nunc videmus.* Sextus **Frequētatio**: cū res in tota causa disperse in vnum locū coguntur: quo grauior/ acrior et criminiosior oratio sit. ut *Hūc iudices liberare cupitis: improbus enim/ petulans/ impius/ superbus/ et intolerabilis est.* Septimus **Expositio**: cū in eodē loco manem<sup>o</sup> et aliud et aliud dicere videmur: eandem tamē rem aut de eadē re cōmemorādo/ pronūciādo vel tractando dicimus: pro eadem re ppositionem/ rationē/ cōprobationem/ cōmoria: lo contrariū simile ac cōclusionem afferentes. Octauus **Cōmoratio**: cū in eodē loco firmissimo quo tota res p̄tinetur inoramur diutius: et in eundē locum redimus sepius. Et eo vti maxime cōuenit: qm̄ boni oratoris proprium est. Nonus **Similitudo**: que traducit ad rem quāpiam aliquid ex re dispari simile. ut *Hyrcundines estiuo tpe presto sunt/ frigore pulse redeunt: ita falsi amici sereno tpe fortune aduentū: et cum hyemem infortuntij viderint/ omnes recedunt.* Decimus **Exemplum**: et est alienius facti vel dicti cū certi auctoris nomine ppositio. Et eiusdem modis quib<sup>o</sup> similitudo sumit. Undecim<sup>o</sup> **Imago** et est forme cum formā quadā similitudine collatio/ laudis vel vituperatio

# De partibus orationis rhetorice

nis causa facta. ut ibat in presum corpore tauri validissimi: et impetu leonis  
 Item tanq̄ fera visa et immanis draco serpit per forum. Duodecimus **Effectio**  
 etio: cum facies corporis verbis describitur. ut erecta fronte / ludibūdis ocu-  
 lis / aduncis naribus / sparsa ore gestit. Tredecimus **Rotatio**  
 natura certis describitur signis. ut cum gloriosi cuiusdam militis tactantia  
 commemoratur. Decimus quartus **Sermocinatio**: cum alicuius persone ser-  
 mo cum ratione dignitatis attribuitur: quo senes parci et gravitate / loco et  
 ludo iuvenes commemorantur: Decimus quintus **Conformatio**: cum aliqua  
 que non adest persona vel res muta et informis vel eloquens et habens for-  
 mam introducitur. ut si Scipio reuiviscat diceret: ego vibi pacē peperī / vos  
 bella concitastis. Decimus sextus **Demonstratio**: cum res in verbis exprimitur  
 ut geri negotium et res ante oculos efferrī videatur. ut tela emittūt gla-  
 dija cominus certant. Decimus septimus: **Breuitas**: cum res necessarijs tū  
 verbis expedit dicitur: et adhibenda est sepe cum tempus non sinit cōmorari.  
 Decimus octavus. **Significatio**: que plus in suspitione relinquit q̄ positū  
 est in oratione. quiesce tu cuius pater cubito se emungere solebat. Item mul-  
 ti tacent gracci. Decimus nonus **Contentio**: que contraria referuntur in gene-  
 re. ut vos huius incommodis lugeris: ille rei publice calamitate letatur. Hi  
 sunt colores quibus (et si non omnibus saltem aliquibus) uti debet orator p  
 necessitate cause. In his enim tanq̄ in ornamentis elocutionis nostre suavis-  
 tas et gravitas plurimum consistit: Nunc autem ad extremas orationis par-  
 tes sermo noster accommodabitur: que non orationem ipsam sed aliquod ex  
 extrinsecum. id est enunciationem et ordinem respiciunt. Et primum de pro-  
 nunciatione: postremo de memoria dicemus.

## De pronunciatione penultima parte orationis rhetoricalis. Capitulum XXII Bisci.

**Q**uid est Pronunciatio? Magister. Est verborum digna prolatio  
 rebus et sensibus: moderatione vocis / vultus et corporis accomo-  
 data: nihil turbide barbareq; proferens: syllabarum mensura et  
 eorum legitimo accentu servato. Discipulus. Possunt ne huius dari pre-  
 cepta quibus vitia contraria evitantur? Magister. Possunt. Unde in pri-  
 mis maxime oris nostri vitia emendanda sunt. Discipulus. Quo pacto?  
 Magister. Et lingua et ore magis q̄ labijs et dentibus loquamur: apto  
 et levi labiorum motu: non profusis / distentis / proiectisq; rictibus / vel infla-  
 tis et frendentibus faucibus. Neq; biante vel anhelante spiritu: nec imma-  
 nitate vocis: aut tortura labiorum cum sibilo et stridore dentium. Ra-  
 bia etiam lambere aut mordere pueriles ineptie sunt. Supino nimis  
 aut elevato vultu / vel defixis in terram oculis: nec inclinata ceruice et des-  
 poscit verecundia et emasculanda frons est. Sic enim vox et gestus sine  
 semper cause convenire videbuntur: ipsa quoq; oratio a pronunciantē san-  
 guinem et vitam accipere comprobatur. Cum itaq; orationem inuentā atq;  
 k iiiiij

**Effectio**  
**Rotatio**  
**Sermocinatio**  
**Confirmatio**  
**Demonstratio**  
**Breuitas**  
**Significatio**  
**Contentio**  
**Pronunciatio**  
 quarta orationis  
**Oris gestus**  
 expressio  
**Cautela in**  
 pronunciano

## Liber III Tracta. I

vt premissis ornata pronuntiare voluerimus: principio depressa voce/que  
 tamen possit audiri/dicemus: ne ledantur arterie si anteq̄ vox bene per-  
 multa est acri clamore cōplent. Cōueniet autē in progressu longis interval-  
 lis vti. his enim spiritus et vox recreat. Paulatim autem et sensim spiritum  
 animūq̄ intendere debemus. Deinde in narratione vocem eleuabimus me-  
 diocriter. In diuisione augemus continuum clamorem omittentes. Aliquā-  
 do tamen cōmutationes grate auditori sunt/et vocem conseruāt. Vitare etiā  
 oportet voces acutas: et exclamations nimis attenuatas. In clamore etiam  
 ea vox vitanda est que illiberale quiddam habeat: et ad muliebris potius vo-  
 cis orationem q̄ ad virilem dignitatem dicendo accommodata sit. Cum vero  
 sermo in dignitate est: plenis faucibus sedatissima et depressissima voce vti  
 conueniet. Si autem in demonstrato ne sermo est: voce paululum attenuata/  
 crebris intervallis et diuisionibus vti oportebit: vt ipsa pronuntiatione eas  
 quas demonstramus res inferere animo auditoris videamur. Cum autem  
 in narratione fuerit sermo: vocum varietate opus est: in quo quodq̄ gestum  
 sit ita narrari videatur/factum celeriuscule dicemus. Deinde modo acriter/  
 tunc celeriter/meste/hilariter in omnesq̄ partes nos cōmutabimus: si que  
 inciderint in narratione dicta/rogata/vel responsa diligenter animaduers-  
 tamus: vt omnium personarum sensus atq̄ animos exprimamus: Sin erit  
 sermo in locatione: leuiter/tremebunda voce/cum parua significatione risus  
 sine vlla suspitione nimie cachinnationis nobis agendum est. Cum autem  
 contendere oportebit: vocem iungere et torquere sonum: et celeriter/clamore  
 verba conficere nos decebit: vt vim quandam orationis vociferatio habere  
 possit. In clamationibus autem clarissima voce et longo spacio utemur. In  
 cohortatione voce attenuatissima: leui sono/et equabili et cōmutationibus  
 crebris vtendum est. In cōquestione voce depressa inclinata sono/crebro spa-  
 cio longo interuallo/magna pronuntiationibus oratio pronuntianda est. **Magister.**  
 Et que sunt istec? **Magister.** Seruandus est in vultu pudor: et acrimonia  
 et in gestu venustas: ne haud histriones: aut viles operari/esse videamur.  
 Cum igitur sermo in dignitate est: stantes in vestigio leui dextre motu loqui  
 oportebit: hilaritate/tristitia/mediocritate/et gravitate vultus ad sermo-  
 nis sententias accommodata. Si autem in demonstratione sermo erit: paulu-  
 lum corpus a ceruice demittamus. Si in narratione: vultus quandā signifi-  
 care decebit hilaritatem. Si vero contendimus: brachio celeri/mobili vultu/  
 acri aspectu utemur. Item applausione pedis dextri: picectione brachij/  
 acri et desiro aspectu vti oportebit. In questione/sermone plangore et cōtur-  
 bato vultu. In cohortatione: tardiori oratione et miserabili et humili gestu  
 vtendum est. Nec autem quantum in animo auditoris efficiat/luce clarius pa-  
 tet. Nec ab euangelisantibus neglectui danda sunt: si diu Augustini institu-  
 tiones/quas in quarto de doctrina christiana tradidit libro/sequi fas est: q̄  
 illic clarius inspicantur. **Discipulus.** Et ego quidem facile dictis tuis as-  
 sentio. Sed ne in his diutius immoratus/reliqua silentio transeas. ad me-  
 morie precepta sermonem vertas.

Corporis ge-  
 stus expressio.

Augustinus

De memoria Ca. XXIII. Ma.

## De partibus orationis rhetorice

**M**emorie nunc ordo precepta ministrat. Quamquidē constantem natu. Memoria  
ralen: sed arte adiuuari posset nō dubiū est. Hec autē ars breui-  
bus preceptis / sed magna exercitatione format. **Dis.** Precepta  
tradat: exercitationē ego adisciam. **Mag.** Memorari volēs: locos / inugi. **Memoramur**  
ues / earundem ordinē / dispositionem atq; collationē habent necesse est. **Lo.** loco  
ea quidem quibus id cuius reminisci voluerit veluti charthe inscribat. **Ima** Imaginibus  
gines / earundem dispositionem / collationem quibus cen litteris scribat. **Ordine**  
Ordinem vero vt quod primum posteriusve pronunciarē / voluerit / distin-  
ctum inueniat. **Discipulus.** Unde autem / et quales assumendi sunt loci et  
imagines? **Magister.** Omni confusione huius rei postergata: locum: ima-  
gines / atq; earundē ordinē in confusum literis viginti complectamur: serua-  
to earundem ordine naturali: vt a b c d e f g h i k. Harū quolibet quinq; conti-  
near dictiones fin numerum / et ordinem vocalium: que sunt: a e i o u. In pri-  
ma syllaba si dicitio a consonante incipiat: aut in secunda syllaba si a vocabus  
li sumat: in his tanq; in locis singule imagines a singulis syllabis incipētes  
conquiescunt. Imagines autem sunt que per has dictiones significantur. In  
quibusdam vero literis assumuntur nōnulla nomina vulgaria: eo q; latine ab **Imagines**  
his literis incipientia (et insignes) aliquas imagines significantia facile res-  
periri non possent. Accipitur similiter quistos pro custos. Quas omnes cū  
ordine quo posite sunt memorie cōmendauerimus: ea quorum reminisci pla-  
cuerit hoc pacto inscribamus / vt earū comparationes cum proprietate ima-  
ginis cui inscribenda sunt consideremus. Veluti si regulas iuris in sexto de  
cretalium ordine quo posite sunt recitare quis voluerit: imaginibus eas in-  
scribat eo modo. Prima que est: Beneficium ecclesiasticum sine institutione **Exemplū me**  
canonica non potest obtineri / prime imagini assignabimus: considerantes **morie localis**  
aliquem abbatem nobis notum non canonicē institutum etc. Secunda que est  
Possessor malefidei vllō tempore non preferbit / secūde imagini inseremus  
imaginando aprium: quem cum luptus de spelunca sua exire iuberet / obiecit  
possessionem. Respondit aper: possessor malefidei etc. Pari modo sequētes  
sequentibus inscribamus imaginibus. Multo autem pro hac re consequen-  
da adiumento nobis erit: si humanarum rerum experientiam / et naturas no-  
uerimus. Sic enim facile nobis comparationes occurrere possunt: que per  
contrarium sumende sunt. Oportet enim non tm̄ firma / verū etiam celeri cō-  
prehensione res naturasq; percipere: vt / et eorum que a nobis inuenta sunt et  
que ab aduersario in agendo contractata sunt / reminisci possimus. Alia de  
confortatione memorie naturalis in tractatu nostre specialis latius videri  
possunt. Te autem assiduo exercitio / iugi labore / et vigilanti studio his inten-  
tum esse oportet si fructum consequi volueris. Vale / et que alia ex me volue-  
ris / pete.

# Liber III tract. II

## Exemplum Memorie artificialis siue localis.

	1	2	3	4	5	
1	Abbas	aper	apis	astrologus	agnus	9
2	Balneator	begutta	binder	bombardus	buccinator	10
3	Cardinalis	cesar	chirurgus	cocus	cursor	15
4	Dapifer	demon	dimicator	doctor	dux	20
5	Edax	elephas	episcopus	exorcista	equus	25
6	Faber	feniseca	figulus	fossator	furnarius	30
7	Hardeanus	geometer	gigas	gongler	gugégouch	35
8	Hartmānus	heltas	hypocrita	hostiarius	huffs	40
9	Janitor	iesus	institor	lob	tudas	45
10	Kantēgiesser	kegler	kürzner	koler	kupfersmid	50
11	Lapicida	legatus	lictor	lotrix	lusor	55
12	Macellarius	medicus	miles	molēdinari <sup>9</sup>	muscus	60
13	Mauta	necromāticus	nisser	notarius	nūmularius	65
14	Orator	obstetrix	officialis	ortograph <sup>9</sup>	hortulanus	70
15	Papa	pedagogus	pictor	poeta	pugillator	75
16	Quadriga	questor	quisculari <sup>9</sup>	q̄libetari <sup>9</sup>	quistos	80
17	Raptor	regina	ribaldus	rotarius	rusticus	85
18	Sacerdos	serpens	simeon	socrates	sutor	90
19	Tabernari <sup>9</sup>	testator	tyrannus	tomator	tutor	95
20	Vates	venator	vigil	vogler	vulpes	100

## Liber III Tractatus II De Epistolis condendis. Capitulum I De epistolarum diuisione Discipulus.

Epistole diuine



Estat vt de condendis scribendisue Epistolis formam tradas Magi. Faciam aclubens. Sed premonuisse oportet: epistolarū quāsdā esse diuinas: quāsdā vero humanas. Diuinas quidē voco: in quibus fidei mysteria / religionū ceremonie / dei cultus / morum atq; virtutū seminaria exprimunt: et vitiōrū radices euelluntur: vti est videre in epistolis sanctorū Pauli / Hieronymi / Augustini / Cypriani / Bernardi et Senecę philosophi moralissimi atq; aliorū plurimū huius ordinis hominū. Humanarū vero quedā grauis: Consolatoria: Amatoria: Comēdatoria aut hortatoria est. Disci. Graue quā dicis? Magi. Est ipsa quę ardua difficilia atq; noua quotidie accidētia continet: vt puta quę belli / aut pacis tpe e castris dat ad vibē: aut ecōuerso. Consolatoria: qua amicorū mortē / calamitatē aduersamue fortunā verbis psolatorijs demulcemus. Comēdatoria: qua amicū aut familiarē / notū vel ignotum alteri comēdamus. Amatoria: qua verbis petulātib<sup>9</sup> amorē alterius in nos ꝑcitamus. Hortatoria: qua de rebus nr̄is: vt puta agris / pecoribus aut frumētis scribim<sup>9</sup>: aut filios nr̄os / sodales / discipulos ac ceteros ad mores / studia / ad laudē cohortamur. Preter

Humane grauis

Consolatoria

Comēdatoria

Amatoria

Hortatoria

# De condendis Epistolis

hec autē multa alia sunt epistolarū genera a Mario Philopho eloquentia Marius  
preclara/ad octogenarium vsq; numerum digesta. Philophus

## De Partibus epistole Ca. II Disci.

**E**x quor aut quibus partibus Epistola conficitur Magi. Ex quibus que partes epistole  
sunt Saluatio: Exordium: Narratio: Conclusio et Superscriptio.  
Saluatioe qdē epla stat: vt animus eius ad quē scribim⁹ pparet  
ad pceptē ea q̄ desideramus. Exordio similr: et vt causam ad scribendum  
mouentē explicem⁹. Hoc autē qz etiā in narratioe fieri pōt/nō in oibus eplis  
exordia ponim⁹: nisi magna quedā negocia tractare aut tractanda velimus.  
Narratioe hō epistola ois p̄tinet qua ostēdimus qd ab alijs fieri volumus  
aut qd factū sit demōstramus. Conclusioe autē vt de loco et tpe date epistole  
certior fiat recipiēs. Superscriptionem hō vt et is qui defert cui presentare  
debeat et is ad quē defertur an ne aperire liceat cognoscat.

## De Saluatione Ca. III Disci.

**O**e saluatione p̄ficienda primū dicas. Magi. Saluationes va- forma salu-  
rie a varijs ponunt. Sed si eā ex arte struere libeat: primū nomenclationis  
tū: deinde nomen dignitatis aut officij tui in nō casu: tertio no-  
men eius ad quē: et demū nomē officij aut dignitatis eiusdē in drō casu ponas  
cū additione clausule: Salutē plurimā dicit: vt Gregorius Reisch artū ma-  
gister Friderico epō Augustens. S. P. D. Dissertationis hō causa aliud in-  
oleuit. vt scz inferiores scribētes supioribus/noīa sua postponāt: nec salutē/  
sed subiectionē aut famulādī promptitudinē loco salutis ponāt: vt reueren-  
dissimo in christo patri ac dño/Friderico Augustēsi p̄suli Gregorius Reisch  
artū magister ad queuis mādata se spondet p̄mptissimū. Id autem doctio-  
rum aures nedum fastidiunt: sed etiā abhorrent vehementer.

## De Exordio. Ca. III Magi.

**E**xordio autē (si res expostulat) p̄missa saluatione utimur: in quo est Exordium  
ad quem scribimus attentū/ docile et deuotū facere curamus: vt  
que scribimus legat et admittat. Quibus autē partibus aut vnde ef-  
ficiat: in supiorib⁹ digestū est. Disci. Verū qdē: sed de Narratioe qd dicitur

## De Narratione. Ca. V Magister.

**D**e parato eius ad quem scribimus animo/ si quid ab eo fieri volu-  
mus: aut nos aliosue fecisse indicare libeat: fm epistole genus et na-  
turā subiungemus: vt si sit epistola gratus: de bello/pace aut repu-  
blica etc. facimus mentionē. Ita et in alijs: fm ea que in p̄mo capite huius di-  
cta sunt/ faciendū pariformiter. Omnū autem dictorum exempla probatissi-  
ma sunt apud Gasparinum pergamentem: Mariū Philophum et eloquē-  
te patrem Marcū Tullij Ciceronem: quibus te daturum operam velim q̄  
maximā. Nihil enim in scribendo tam clarum aut promptū facit/ q̄ diligen-  
ter legisse eos qui bene/limite ter seq; scripserunt: ab alijs vero vt a labe atq;  
pernicie ingenij fugiendum est.

## De Conclusionē. Ca. VI Magi.

# Liber III Trac. I

**Conclusio**  
**A persona** **M**utationem (que ut diximus petitionem complectitur) sequitur terminus et conclusio epistolae: que tribus consistere debet: persona/loco et tempore. **Disce.** Quomodo persona? **Magi.** Et si vni scribimus: dicamus/vale: si pluribus/valete: et me commendatum suscipere vel suscipite. **Sic** felix nostrisq; memor. **Vale** diuq; viuas. **Da** opera vt valeas. **Vale** et me ama. **Vale** militie decus: literarum ornamentum: et sic de similibus. **Disce.** Qualiter

**A loco** epistola lococludit? **Magi.** Hoc modo ut dicat: datum vel datum: raptum vel raptum  
**A tempore** vel raptum Rome aut Friburgi vel Argentine etc. **Disce.** Tempore autem quod concludit? **Magi.** Et die/menses anni in quo scribimus ponamus: vt vicecessima Nouembrii anni Millefimi quingentesimi secundum: aut decimoquarto kalendas Marcias: quarto idus Aprilis: pridie nonas Septembris. **Disce.** Unde ista assumis vocabula? **Magi.** Ab antiqua Romanorum obseruatione.

**Mensis** Latini namque quilibet mensis in kal. nonas et Idus diuidunt. Prima enim diuisio die cuiuslibet mensis/pontifex minor conuocata plebe/quot dies a kalendis kalende ad nonas superessent pronuntiabat. Et hec dies hoc nomine kalendas a καλεω greco vocabulo accepit: valet enim idem quod voco. Dies autem vltima mensis precedentis pridie kalendas: quasi primo die ante kalendas: qui vero ante hunc tertio kalendas dicitur: quod sit tertius a kalendis: et sic de alijs diebus ordine retrogrado ascendendo: donec ad idus deuentum fuerit. Dicitur autem Idus ab iduo quod est diuisio: quia is dies mensis diuidat. Dies autem hunc sequens in ascendendo non secundo idus/sed pridie idus dicitur: sequens tertio idus: et sic de alijs nonas donec ad nonas progressum sit. Nonae autem dicte sunt: quia ab eo die ad idus semper nonem dies sunt. Alias rationes illorum nominum consulto libuit preterire.

**Mensis kal.** **Disce.** Quot autem nonas/idus aut kalendas singuli menses habent?  
**idus et none** **Magister.** Ianuarius/Februarius/Aprilis/Junius/Augustus/Septembris/Novembris et Decembris quatuor habent nonas. Martius Maius Iulius et Octobris sex nonas habent. Singuli autem octo idus tenent. Ianuarius decima quarta die Decembris kalendas suas finit. Februarius decima quarta Ianuarii. Martius. xiiij. Februarii: Aprilis. xvj. Marcij. Maius decima quarta Aprilis. Junius decima sexta Maii. Iulius decima quarta Junij. Augustus decima sexta Iulij. Septembris decima quarta Augusti. Octobris. xiiij. Septembris: Nouembris. xvj. Octobris. Decembris. xiiij. Nouembris. Sic patet: quod in Febuario post idus dicimus: decimo sexto kalendas Marcij. quod quidem verum est in anno communis: in anno vero bisextili/quia tunc Februarius habet vigintinovem dies: post idus dicimus: decimo septimo kal. Marcias. Et autem ea que diximus dilucide intelligas/sit Marcij nobis exemplo. In cuius/prima die litteras dederis: scribas kal. Marcij. si secundo: sexto nonas. Si tertio/quinto nonas. Si quarto/quarto nonas: Si quinta/tertio nonas: si sexta: pridie nonas: si septima: nonas Marcij scribas. Si octaua: octauo idus Marcij: si nona: septimo idus Marcij: si decima sexto idus etc. Si vnde cima: quinto idus: si duodecima: quarto idus: si tredesima/tertio idus: si decima quarta/pridie idus: si decima quinta: idibus Marcij scribas. Si decima sexta. xvij. kalendas Aprilis: si decima septima. xvj. kal. Aprilis: et sic de alijs in numero kalendarum descendendo donec ad vltimum eius die puenieris: in quo pridie kalendas Aprilis scribas. Ita pariformiter et in relijs mensibus faciendum. Et tantum adinonito: vt nonas et idus a mense in quo sunt. Kalendas vero

## De condendis Epistolis

omnes primis demptis/a mense sequenti denominabis. Nec secundo nonas idus aut kalendas sed pridie nonas idus et kalendas dicendum est. Disce. quid aut hoc est quod in superioribus quarto kalendas marcias / et non marcij dicebas? Mag. quod pro genitiuis mensium peruenisse possessiua ponunt. ut dicamus pridie kalendas Marcias Apules: Matas: Junias: Julias: Augustas: Septembrias: Octobrias: Nouembrias: Decembrias: Ianuarias: Februarias. Nomina aut kalende nonne idus non modo in ablatiuo / verum etiam in accusatiuo ponere conuenit / proponendo propositione ad. ut ad octauum idus Ianuarias ad me dedisti litteras. aut in genitiuo: ut pridie calendarum Marcias.

### De Suprascriptione. Capi. VII Bis.

**Q**uibus copletur Suprascriptio? Mag. Romine et titulo dignitate proprio eius ad quem scribimus. Debent autem omnia in datiuo et actio pont. Disce. Titulos statibus attribuendos subiunge. Mag. Romanum pontificem: sanctissimum / beatissimum dominum nostrum Pontificem maximum: summum sacerdotem et patrem clementissimum dicimus. Cardinales: Patriarchas: archiepiscopos ceterosque episcopos maiores reuerentissimos dicimus. ut reuerentissimo in christo patri et domino dno. H. sacro sancte Romane ecclesie Episcopo presbytero: aut diacono: Cardinali et Episcopos minores: Abbates et apostolice protonotarios reuerendos dicimus. ut reuerendo in christo patri et domino. H. aplice sedis protonotario dno suo colendissimo et obseruantissimo etc. Attamen nomini proprio dno / preponit non deberet. abusus tamen contrarium ubique habet. Alios inferiores venerabiles et honorandos dicimus. ut venerabili vel honorando. H. Canonico ecclesie. H. Imperatori et Regem inuictissimum / gloriosissimum / serenissimum / et imperatorem semp augustum dicimus. Duces: Principes: Marchiones / illusterrimos / potentissimos. Comites et Barones: generosos: illustres: inclutos: et prestantissimos dicimus. Equites auratos magnanimos ac strenuos dicimus. Ceteros validos: fortes: nobiles appellamus. Cives prudentes: sagaces: industrios et integerrimos dicimus. Theologos diuinarum litterarum interpretes. sacrarum litterarum / sacre pagine / sacre theologie magistrorum doctores: professores: eruditos: celeberrimos: Jurisconsultos: eruditissimos: spectatissimos: meritisimos: consultissimos: egregios: iuris pontificij sacrarum legum: aut iuris utriusque doctores appellamus. Medicos prudentes philosophie et medicine interpretes doctores et philosophos peritissimos dicimus. Poetas vates: musarum alumnos: lauro insignes: hedera decoratos: Appollinis interpretes: ornatissimos: eloquentissimos: facundissimos nominamus. Oratores: disertissimos: facundissimos nominamus. Artium magistrorum: acutissimos disertissimos: bonarum artium studiosissimos interpretes appellamus. Feminas autem decus pudicitie: castitatis exemplum pudicissimas / castissimas / honestissimas / matronas et dominas dicimus. Hec summarie dicta sufficiant. Hanc assentandi / adulandiue causa hec omnia ita variata cernes: ut paucos reperire possis qui non titulos superiorum inferioribus attribuunt. Vale. et in his finem Truij statuendum agnosce.

¶ Finis Rhetorice. sequitur  
typus Arithmetice.

Suprascripti  
onis forma  
Titulus  
statuum